Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-621602-p0001-0



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-621602-p0002-5

17 4

DISPUTATIO PRIOR

# DE USURIS,

*Quam*

D. O. M. A.

*Sub Præſidio*

DN. LUCÆ BECKMANNI,

J. u. D. & in Academia VVitebergenſi Profeſſoris Ordinarij,

Ibidemq; Conſiſtorij Eccleſiaſtici & Scabinatus, Dicaſteriorum verò per inferiorem Luſatiam Regij, & per Saxoniam Electoralis Aſſeſſoris,

Publici exercitij gratia

*Diſcutiendam proponit,*

PETRUS MEIER, Hervord: VVeſtphal.

*Ad diem 16. Septemb. horis matutinis in auditorio Iureconſultorum.*

---

*VVITEBERGÆ*

Typis Cratonianis per Johan. Gorman. Anno 1608.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-621602-p0003-1

*AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,*
*& Conſultiſsimis Viris, JCtis Germaniæ Primariis,*

Dn. ERNESTO COTHMANNO,
Profeſſori & Ordinario Facultatis Juridicæ Academiæ Roſtochienſis, & Illuſtriſſimi Principis, ac Dn. CAROLI, Ducis Megapolenſis Conſiliario fideliſſimo,

Dn. PETRO FRIDERO MINdano Syndico Reip. Roſtochienſis digniſſimo,

*Nec non*

*Dn. THOMÆ LINDEMANNO,*
*ibidem Legum Profeſſori publico*

Dominis Promotoribus, &
Fautoribus debita animi obſervantia colendis,

*Haſce de Uſuris poſitiones*
*Offert & conſecrat*

Petrus Mejer.

## THESIS I.

QUamvis non ſolum à veteribus, verum etiam noviſsimè à multis, contra uſuras pluribus diſputatum ſit, tanquam omni jure illicitas, ut non immeritò quis dubitet, an deinceps pro uſuris verba facere expediat: Nos tamen cum Baldo dicere malumus, expedire multos inveniri moderatos fœneratores, ne multi fame pereant: & quod Iuſtinianus, dum certum modum uſuris ſua lege ſtatuit, non modo non peccaverit, ſed rem etiam optimam & utiliſsimam fecerit.

*Bald. in L. 1. c. de ſumm. Trinit. & in C. 1. de jurejur. & conſil. 453. lib. 1. Coler. de proceſs. exec. part. 1. c. 10. n. 59. cum ſeqq. Molin. de uſur. n. 530. Borch. eod. tr. c. 1. n. 17. & ſeqq. Donell. c. 2. Adrian. Gylmann. Tom. 2. part. 2. voto. Camer. Imper. 26 n. 151.*

## II.

De uſuris igitur primo loco occurrit hæc quæſtio celebris, & de apicibus juris una: An homini Chriſtiano bona & illæſa conſcientia, uſuras accipere permiſſum ſit? & mordentes uſuras illicitè hominem Chriſtianum exigere aſſerimus: conſiderantes mordentes uſuras, vel ex parte debitoris, vel ex parte creditoris: Illius, cum is pauper & inops eſt, ut ob egeſtatē, uſuras præſtare nequeat: & cui vel tota potius ſors relinquenda, ſperandaq; ſit à DEO: Hujus vero, quando is plus juſto & cum debitoris, licet divitis, damno, uſurarum nomine accipit.

*Exod. 22. v. 25. Lev. 25. v. ſi attenuatus fuerit frater tuus & ſeqq. Deut. 15. v. ſi unus de fratribus, & cap. 23. v. non*

 fœnera-

*fœneraberis Prov. 28. v. 8. Eccleſiaſt. 29. v. perde pecuniam & ſeq. D. Iacobus Andreas* in der Abfertigung des Gegenberichts zu Regenſpurg *pag. 5, 65, 85, & in concione prima de uſuris.*

III.

Quod ſi ejuſmodi mordentes uſuræ non fuerint, bona conſcientia & non illicitè ab homine etiam Chriſtiano eas exigi poſſe, ſalvo & illæſo aliorum judicio, Aſſero.

*Exod. 22. Proverb. 28. v. qui coacervat divitias. Matth. 7. v. omnia ergo. Levit, 25 v. 35. & ſeqq. Donell. de uſuris c. 2. Carol. Molin. eod. tract. n. 10. & ſeqq. & in Conſuet. Pariſienſ. §. 1. gl. ſ. n. 61. Colerus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 40. & ſeqq. & n. 56. Petrus Friderus Mindanus lib. 2. de mandat. judic. cap. 72. n. 7. & 10. Pet. Heig. lib. 2. quæſt. n. 10. 31. & 105. Diſſentit Gregorius Tholoſanus in Syntag. juris univ. lib. 22. cap. 3. & lib. 2. cap. 1. nu. 8. & ſeqq. de uſuris. Henn. Gôden conſilio 109. n. 73. & ſeqq. Alphonſ. Vilag. de uſuris quæſt. 3. Lælius Zech. eod. c. 2. Binſfeld. in cap. 3. de uſuris quæſt. 1. VVeſenbec. in paratit. D. eod. n. 6. Ferrarienſ. in formula libelli de actione hypothecaria n. 5. & ſeq.*

IV.

Canonica quoq; ſanctione uſuras prohiberi quidam negant *(a)* & rectè id negant, ſi canones (id quod videntur) uſurarum exactionem damnantes, de mordentibus tantum uſuris loquuntur *(b)*

*(a) Carol. Molineus de uſuris quæſt. 2 nu. 84. & quæſt. 74. n. 515. & 518. Petrus Heigius lib. 2. quæſt. illuſtr. quæſt. 1. n. 133. & 156. Ferrarienſ. in form. libelli de actione hypothecaria n. 4. & ſeq.*

*(b) Toto tit. extra de uſuris cap. 1. & 2. eod. in 6. capit. quoniam multi diſtinct. 47. cap. quoniam & ſeq. cauſa 14. quæſt. 4. Diſſ. Petrus Binsfeldius in cap. 3. extra de uſuris quæſt. 1. Alphonſ. Villag. eod. cap. 6. Gregor. Tholoſan. tr. de uſuris lib. 2. cap. 1. n. 8. & ſeqq.*

Sed

V.

Sed an juri naturali repugnet uſurarum exactio, quæritur? nos quòd ſine alterius injuria propriæ utilitati ſervire conceſſum eſt, nec naturæ repugnat; de non mordentibus uſuris id negamus, (*a*) & jure itidem civ. Iuſtinianeo, uſuras improbari imprudenter quoſdam ſcribere, ſubjicimus: cum Iuſtinianus, dum certum modum uſuris ſua lege ſtatuit (ut diſputatione ſequenti dicetur) non modo non peccaverit, ſed rem etiam optimam & utiliſſimam fecerit. (*b*)

(*a*) *2. Corinth. 8. v. 13. Eccleſiaſtici 29. v. recupera proximum. Argt. l. nam hoc. 14. l. 65. D. condict. indeb. l. 1. §. idem ajunt 11. D. aqua & aqua pluvia arcenda. l. 3 §2. D. de rivis. l. præſes. 6. Cod. de ſervit. & aqua. Molineus de uſuris n. 530. Donell. cap. 2. eod. Borcholt. cap. 1. eod. nu. 17. Colerus de proceſſ. executivis parte 1. c. 10. n. 68. Bald. teſte Colero d. cap. 10. n. 17. uſuras non tantùm jure naturali & gentium permiſſas eſſe ait; ſed etiam optandum ut multi eſſent moderati fœneratores. Diſſ. Henn. Gôden d. Conſil. 109. n. 67. & ſeqq. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 1. num. 5. Clarus §. uſura v. ſciendum. Alphonſ. Villag. d. tr. cap. 3. Lælius Zech. eod. cap. 2.*

(*b*) *t. t. D. & C. de uſuris. Novell. 32. 72. 121. 136. 138. 160. Borcholt. de uſuris cap. 1. n. 28. VVeſenb. in paratit. de uſuris n. 8. Alphonſ. à Neapolis de uſuris quæſt. 7. n. 12. Alciat. in c. 1. extra de officio ordinarij n. 78. Coler. de proceſſ. executivis part. 1. cap. 10. n. 40. & 59. Petrus Ferrarienſ. d. loc. nu. 5. & ſeq. Diſſ. Greg. Tholoſan. lib. 2. cap. 3. n. 3. de uſuris. Gôden d. conſil. 109. n. 79. & ſeq. Clarus & Covar. d. locis. Bartolus in l. 1. Cod. de ſumma Trinit. nu. 5. & ibid. Iaſon. n. 47.*

VI.

Quid ergo; nunquid noviſſimis imperij placitis uſuræ ſunt damnatæ & prohibitæ? propter modum in iiſdem uſuris præſcriptum quo minus mordentes exiſtant, non putamus; (*a*)

& propterea quod nova lege ſpecialiter definitum non eſt, id veterum legum conſtitutionumq; regulis relictum cenſeri deberi, concludimus. *(b)*

*(a) vide* des Reichs Abſchiede von wucherlichen *contracten, de anno 1500, 1539, 1548, 1577: & ordinat. provinc. Sax. tit.* von Wucher vnd *contracten. Col. de proceſſ. executivis. part. 1. cap. 10. n. 65. Petrus Friderus Mindanus lib. 2. de mandat. judic. cap. 73. n. 3. Zanger. tr. de except. part. 3. cap. 23. nu. 24. Diſſ. Petrus Binsfeldius ad cap. 3. extra de uſuris quæſt. 4. Pet. Heig. lib. 2. qu. 1. n. 159. & ſeq.*

*(b) l. ſancimus 27. C. de teſtam. Nov. 20. cap. 9. l. præcipimus 32. in f. C. de appellat. Andreas Gail. lib. 1. obſ. 90. Coraſius in l. 19. D. de ritu nupt. n. 74. Baldus & Dd. in l. 2. Cod. de noxalib. act. Borcholt de pact. cap. 5. n. 68.*

VII.

Unde apparet, qua ratione quave utilitate adducti, quidã in dubium vocent: num ex principum permiſſione, vel Papæ diſpenſatione, uſuræ, quas nos legitimas dicimus, fieri poſſint licitæ permittive: eaſdemq; itidem exercentes juſtè pœnis eximantur *(a)* cum ſuperfluum ſit: precibus hoc poſtulare, quod jam lege permiſſum eſt: Imperatoriæq; majeſtatis videatur prævenire liberalitas poſtulanda *(b)* & maleficium non ſit quod liceat. *(c)*

*(a) Gregorius Tholoſanus lib. 2. de uſuris c. 8. Alphonſ. Villag. à Neapolis de uſuris quæſt. 9, 10, & 14. Conrad. in tr. de contractib. tract. 2. quæſt. 27. concluſ. 1. Læl. Zechus de uſuris cap. 2. in f.*

*(b) l. unica v. ne ulterius Dei beneficium Cod. de theſauris lib. 10. l. 1. Cod. de jure liberor. l. miles 6. §. decem 1. D. de re judicata. l. quæ ſua conditione 8. §. de hoc 8. D. de conditionib. inſtitut. Donell. 4. comm. 9. Schraderus ad l. admonendi 31. n. 82. ff. de jurejur.*

*(c) l. Gracchus 4. Cod. ad l. Iuliam de adulterijs cap. deinde 5. v. quod cum ita diſt. 26. l. 17. §. 12. D. de ædilitio edi-*

*ƈto, l. 11. §. fin. D. ad l. Iul. de adult. l. 1. Cod. de his qui ven. ætat. impetr. Baldus in l. decuriones in f. Cod. ex quib. cauſis infam. irrogatur. Borcholt de gradib. p. 54. & tract. de uſuris cap. 1. n. 20.*

## IIX.

Definimus autem uſuram acceſſionem, incrementum ſive additamentum *(a)* debitæ quantitatis, h. e. rerum quæ pondere numero & menſura conſtant *(b)*, non ſpeciei *(c)*, ob hujus uſum creditori à debitore præſtandam: ita ab uſu diƈtam *(d)*.

(*a*) *l. frumenti 12. l. cum non 16. l. oleo 23. l. ut nullo. 28. C. de uſuris. L. Lucius 24. in pr. ff. depoſ. Facit Rubr. tit. D. uſuris, ubi Duaren. c. 1. in pr. & Cujac. in paratit. Donell. cap. 1. de uſuris. & ibi Iohann. Borcholt. n. 27. & ſeq.*

(*b*) *l. 2. l. 3. l. 12. l. 15. Cod. de uſuris. l. 1. §. 1. & paſſim eod. tit.* nam res omnes numero pondere menſurave conſtantes quantitatis appellatione continentur. *l. 1. §. 7. ff. ad l. Falcid. l. 2. §. ult. juncta l. ideo 3. D. de eo quod certo loco. l. ambitioſæ 4. §. 1 D. de Decretis ab ordine fac. Borcholt. cap. 1. de uſur. n. 16. Molineus in 2. parte Labyrinthi de divid. & individ. ſtipulatione. Cujac. 11. obſ. 37. Goed. ad L. 4. n. 25. ff. d. V. S. Hermann. Vult lib. 1. diſcept. 10. Diſſ. Zaſ. ad L. 2. in pr. ff. de reb. cred. nu. 27. & lib. 1. ſingul. reſponſ. c. 1. n. 2.*

(*c*) Cum corpori ſive ſpeciei quantitas opponatur *d. l. 1. § & omne D. ad l. Falcid. l. plane 34. § ſed ſi non corpus D. de legat. 1. l. ſi is cui § 1. D. de ſolutionibus, non obſtante l. pro auro 25. C. de uſuris. l. 3. § fin. l. cum quidam 17. § ult. D. de uſuris l. ſi pro mutua 8. Cod. ſi certum petatur, vide Donell. c. 1. de uſuris n. 5. Borcholt. eod. n. 27 & ſeqq. Carolum Molin. de uſuris quæſt. 85. n. 661. Adrian. Gilman. Tom. 2. par. 1. voto: cam. Imp. vot. 26. n. 17. & 18.*

(*d*) *l. deducta 58. § cum autem D. ad Senatusconſultum Trebell.*

*Trebell. l. ſocium 60. D. pro ſocio. Duaren. tr. de uſuris p. 1333. Donell. d. cap. 1. in prin. & Borcholt. ibid. n. 21. Alphon. Villag. cap. 1. de uſuris n. 17. Petrus Binsfeld. eod. tr. in Rub. notab. 3.*

IX.

Hæc ſecundum ICtos in duas diſpeſcitur ſpecies: unam quæ fœnus dicitur: alteram quæ generis nomen retinet & uſura in ſpecie appellatur.

*Rubr. D. & Cod. de uſuris & Rubr. D. & C. de nautico fœnore. Cujac. in paratit. d. t. Molinæus de uſuris in pr. n. 4. Duar. cap. 1. Borcholt. cap. 2. n. 1. Hottom. de uſuris pag. 2. & 3. Cujac. in paratit. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.*

X.

Eſt autem fœnus additamentũ ad quantitatem mutuo datam à tempore contractus ex conventione in lucrum creditoris debitũ (a) hocq́; vel proprium & nauticum eſt, quando pro pecunia trajectitia: ſive eadem ſive merces eâ comparatæ reportentur (b). Creditori aliquid datur ultra ſortem, ratione recepti periculi & aſſecurationis: virtute cujus, tenetur navigantem indemnem ſervare in omnem eventum fortuitum, non ex culpa vehentis provenientem (c) ita ut ſi pecunia pereat, mutuanti & non mutuatario damnum immineat. (d)

(a) *Cujac. in paratit. C. de uſuris & ad l. lecta 40. D. de rebus cred. column. 2. Vulteius 1. I. R. c. 44. n. 87. & ſeqq. Borcholt. de uſuris cap. 2. n. 4. Hottom. eod. tr. pag. 7. Duaren. ad tit. de uſuris cap. 1.*

(b) *l. trajectitiæ 23. ff. de oblig. & act. l. 1. ubi Gothofred. l. 3. ff. de nautico fœnore. l. debitor. 13. D. de negotijs geſtis. l. 3. §. 7. D. de peculio. l. 2. in f. D. de eo quod certo loco. Hottoman. de uſuris p. 104. Donell. de uſuris p. 33. n. 5. & ad l. qui Romæ 122. §. 1. D. de V. O. Binsfeld. in cap. fin. de uſuris pag. 519.*

(c) *l. cum proponas 3. C. de nautico fœnore l. ſicut certo 5. §. 4.*

*§ 4. D. commodati. Sebaſt. Medices tr. de fortuit. caſib. part. 2. quæſt. 1. n. 15. Mynſing. Heig. & Dd. ad § 1. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu deſcendunt. Bartol. & Dd. in d. l. cum proponas. Binsfeld. ad cap. final. extra de uſuris quæſt. 1. in f.* (d) *l. 1. l. 3. C. de nautico fœnore. l. 3. D. eod. Duar. ad tit. eod. c. 1. Hottom. de uſuris pag. 202. Conrardus de contract. quæſt. 39. concluſione 1. Molin. de uſuris quæſt. 3. nu. 92. Didacus Covarruvias lib. 3. variar. reſolut. cap. 2. n. 5.*

XI.

Vel improprium & terreſtre; quod datur creditori ratione periculi in ſe recepti, quando pecunia aut merces transferuntur in terra per loca periculoſa & prædonibus infeſta. (a) Leges autem permittentes & concedentes fœnus hoc, neutro prædictorum in caſu rectè lectas & intellectas, eſſe revocatas vel correctas, per jus Canonicum, rectius defendi poſſe, opinamur. (b)

(a) *l. periculi pretium 5. D. de nautico fœnore & ibi Bald. & ad Rubr. C. de Naut. fœnore. Cujac. in paratit. Cod. eod. Borch. de uſuris c. 2. n. 11. Donell. eod. tr. pag. 34 Vult. 1. I. R. cap. 44. n. 94. Binsfeld. c. fin. extra de uſuris quæſt. 1. concluſ. 3. Molin. de uſuris quæſt. 3. n. 92.*

(b) *c. Naviganti fin. extra de uſuris Læl. Zech. tr. de uſuris cap. 6. n. 1. & ſeqq. Alphonſus Villag. eod. tr. quæſt. 26. Gregor. Tholoſ. lib. 2. de uſ. c. 5. n. 8. Binsfeld. d. cap. fin. quæſt. 1. concl. 3. v. contra fortiſſimè pugnare videtur Sotus lib. 6. de I. & I. quæſt. 4. art. 2. in pr. & quæſt. 7. art. ult. propè finem. Molin. d. quæſt. n. 95. Diſſ. Hoſtienſis in ſumma tit. de uſuris § an aliquo caſu. in v. in trajectitia autem pecunia. Salicetus in Auth. adhæc. columna 3. Cod. de uſuris.*

XII.

Quemadmodum nec pactum à mercatore cum tertio aliquo, nullum laborem aut operam impendente, ſed periculum tantum ſuſcipiente, eodem jure improbari putamus: ſed frequentiſſimũ in civitatibus Marinis eſſe Dd. teſtantur:

ut ſi pecunia vel aliæ merces ſalvæ pervenerint ad certum portum, is habeat quandam ſummam in præmium ſuſcepti periculi: vel ſi perierint teneatur emendare damnum (a) ita tamen ut tertius non niſi alterum ſemiſſem, ſi ſemiſſes, vel trientem, ſi beſſales uſuras ſtipulari poterat, uſurarum nomine accipiat (b).

(a) *Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. cap. 2. n. 5. v. tertio deducitur. Domin. Sotus lib. 6. de I. & I. quæſt. 7. artic. unico column. 1. ubi dicit, quod talis contractus tam Theologis quam Iuriſperitis probatus ſit. Petr. Binsfeld. in cap. naviganti finali, extra de uſur. quæſt. 2. concluſ. 2. Alph. Villag. à Neap. quæſt. 26 concluſ. 3. v. probatur & tertio præſens concluſio. Lælius Zech. de uſur. cap. 6. n. 3.*

(b) *l. eos 26. §. 1. v. in trajectitijs. Cod. de uſur. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 2. n. 93. & ſeqq.*

XIII.

Quamvis etiam conferens operas finita ſocietate, particeps non fiat ſortis ſeu capitalis (a), recte tamen hic etiam ſuſcipiens periculum aſſecurationis, cum exponente pecuniam paciſcitur, ut habeat aliquam juſtam partem lucri in præmium ſuſcepti periculi. (b)

(a) *§. de illa. 2. Inſtit. de ſocietate. l. cum duob. 52. § 2. v. ſi in coeunda D. pro ſocio. Andr. Gail. lib. 2. pract. obſer. 24. n. 6. Andr. Fachin. lib. 2. controv. 94. Menoch. de arbitrar. judicū quæſtionib. caſu. 125. n. 3. Sichard. ad l. 1. Cod. pro ſocio nu. 4. Petr. Binsfeld. in c. naviganti, extra de uſur. quæſt. 7. concluſ. 8. Diſſ. Didac. Covarr. lib. 3. variar. reſolut. c. 2. n. 2.*

(b) *Domin. Sothus lib. 6. de I. & I. quæſt. 6. art. 2. column. 3. Petr. Binsfeld. in d. cap. naviganti, extra de uſur. quæſt. 8. concluſ. 6. & ſeq. Lælius Zech. de uſur. cap. 7. n. 7. Didac. Covarr. d. lib. 3. variarum reſolut. cap. 2.*

XIV.

Uſuram in ſpecie acceptam definimus acceſſionem ad quantitatem ex quacunq; cauſa (a) cujus cauſæ conſtituentes

ſunt:

ſunt: vel conventio vel mora *(b)*: conventio illa uſuras producens, vel pactum eſt vel ſtipulatio. Ex pacto uſuræ debentur in bonæ fidei judicijs: tam directis quam contrarijs, modo id in continenti adjectum fuerit *(c)* ſecus ſi ex intervallo *(d)*.

*(a) l. cum quidam 17. §. 4. l. mora 32. D. de uſuris. l. lecta 40. D. de reb. creditis. l. curabit. l. fructus 13. Cod. de action. empti. l. 78. §. 1. D. de legat. 2. Alphonſus Villag. à Neapolis tr. de uſuris quæſt. 1. Borcholt. eod. tr. cap. 2. n. 6. Carolus Molin. de uſuris in pr. n. 9, 10, 11, & 15.*

*(b) l. 3. & 4. C. de uſuris. l. 2. C. depoſiti. l. 17. C. locati.*

*(c) d. l. 3. & 4. Cod. de uſuris. l. initio. 5. Cod. de pactis inter emtorem & venditorem. l. juris gentium 7. §. quin imo D. de pactis. l. bonæ fidei. 13. C. eod. l. qui negocia. 34. § 1. D. mandati. l. 24. l. 26. §. 1. D. depoſiti. Paulus lib. 2. ſentent. tit. 14. §. 1. Borcholt. de uſuris cap. 3. n. 4. & ſeqq. & tr. de pactis cap. ult. n. 49. Donell. ad d. l. 13. & ad l. 135. D. de verbor. obligat. n. 12. Hottom. de uſuris pag. 14. & ſeq. Duaren. eod. cap. 2.*

*(d) per d. l. juris gentium 7. §. 4. v. igitur nudæ. D. de pactis. l. legem 10. l. cum proponas. Cod. eod. l. 3. Cod. de uſuris. Paulus lib. 2. ſentent. tit. 14. §. 1. ubi Cujac. Diſſ. Forc. Dial. 4. Connan. 5. comm. 3. n. 2. Alciat. ad. l. 20. ff. de V. S.*

XV.

Ex ſtipulatione uſuræ debentur in omnibus, tam bonæ fidei, quam ſtricti juris judiciis *(a)*, modo intra cancellos legum ſeſe contineant, modusq; earum certus fuerit adjectus *(b)*. Recte igitur & abſque uſuræ labe, venditor ab emtore uſuras ſibi dari ſtipulatur, ut donec pretium rei venditæ, puta prædij vel alterius rei fructiferæ, numeretur, aliquid annuatim pendat: ſaltem taxata quantitas veriſimiliter & moraliter correſpondeat fructibus percipiendis ab emptore *(c)*, quemadmodum & emptor, qui partem pretij ſolvit, re nondum ſibi tradita, poteſt petere totam rem cum parte fructuum ex ea perceptorum, pro rata pretij ſolutiâ die ſolutionis factæ. *(d)*

*(a) l. Titius Sempronio 24. D. de præſcript. verbis. l. Cajus 11. l. Seia 12. D. de uſuris. l. 1. l. quamvis 3. C. eod. tit. Borcholt. de uſuris. cap. 3. n. 34. Vult. 1. I. R. cap. 44. n. 81.*

*(b) l. quod in ſtipulatione 31. l. tutor 41. §. fin. D. de uſuris. l. 1. Cod. eod. l. eos. qui 26. C. d. tit. l. 26. §. 1. D. de condict. indebiti. Sichard ad l. 4. Cod. de uſuris. Donell. eod. cap. :.*

*(c) l. uſuras 2. C. de uſuris. l. curabit. 5. C. de actionib. empti. l. Iulianus 13. §. ex vendito. D. eod. Petrus Binsfeld. cap. in civitate 6. extra de uſuris quæſt. 6. concluſ. 3. & ſeq. concluſ. 7, & 8. v. dubium hic eſſe poteſt & concluſ. 10. Fachin. 2. contr. 31. Carol. Molin. de uſuris quæſt. 74. n. 559. Didacus Covarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 4. n. 2. Diſſent. Lælius Zechus de uſuris c. 12. n. 7. Franciſ. Marcus deciſ. 891. Navar. lib. 3. conſil. in t. de emptione venditione conſil. 11.*

*(d) l. fin. § fin. D. de fundo dotali. Molin. de uſur. quæſt. 74. n. 557. Bartol. in d. l. Iulian. 13. D. de action. empti. § offerri. Petrus Binsfeld. in d. cap. civitate 6. extra de uſur. quæſt. 6. concluſ. 8. in pr.*

## XVI.

Quid in ſtricti juris judicijs obtineat; non minus elegans quam difficilis eſt diſceptatio: & licet non deſint, qui in ijs uſuras à tempore litis conteſtatæ incipere currere probabiliter oſtendant: communem tamen nos, omnes ſcilicet acceſſiones & fructus à tempore litis cõteſtatæ quidem deberi (a); uſuras vero non niſi ex ſtipulatione, an tueri valeamus, experiemur *(b)*.

*(a) l. 2. l. videamus 38. §. ſi actionem 7. & §. 15. D. de uſuris. l. ſi homo 8. D. de re judicata. arg. l. 1. §. 23. & ſeq. D. depoſiti l. qui reſtituere 68. D. de rei vindicat. l. 4. D. condict. triticaria. l. ſed mihi videtur 3. §. in hac 2. D. commodati. l. cum fundus 31. in pr. & ibi Gothofr. D. de reb. cred. Mynſing. cent. 6. obſerv. 50. n. 8. Zaſius ad tit. finium regundor. num. 3. Bronch. cent. 2. aſſ. 86.*

*(b) l. ſi cum exiguam 4. Cod. d. condict. ob cauſam dat. l.*

24. D.

*24. D. de præſcript. verb. l. 1. l. quamvis 3. l. pignorib. 22. Cod. de uſur. l. 11. D. eod. l. idemq; 10. §. 4. D. mandati, l. Lucius 24. D. depoſiti. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. nu. 28. Rauchbar. part. 2. illuſtr. quæſt. 26. n. 21. Gœdd. de contrah. & commit. ſtipulat. cap. 8. concluſ. 1. & cap. 11. concluſ. 9. nu. 120. & ſeqq. Donell. ad tit. de uſur. cap. 3.*

XVII.

Præter ſtipulationem igitur in ſtricti juris contractibus, etiam per litis conteſtationem, uſuras nobis incipere deberi (*a*), itemq; per pactum iiſdem in continenti adjectum (*b*) perperam quoſdam nobis obtrudere conari putamus: niſi frumentum, oleum vel hordeum mutuo datum ſit, (*c*) vel civitas pecuniam crediderit, (*d*) aut argentarij (*e*) vel pecunia ſit trajectitia. (*f*)

(*a*) *l. 1. Cod. de condict. indebiti. L. quotiens quarta C. de condict. ob turpem cauſam, l. 10. §. 22. D. quæ in fraudem redit. alienata ſunt ut reſtituan. d. l. 3. Cod. de uſu. l. Titius 24. D. de præſcript. verb. Cujac. 14. obſ. 22. & tract. 7. ad Affrican. in l. 37. de uſufructu. Gomez. ad § action. Inſtit. de actionib. in 18. Mynſing. ibid. n. 26. Schneidvv. n. 34. Dynus n. 5. Bronchorſt. cent. 2. aſſ. 82. Donell. de uſuris c. 3. Borcholt. eod. n. 52. Duar. cap. 2 de uſuris. Gœdd. de contrah. & committ. ſtipulat. cap. 11. concluſ. 9. n. 121. & ſeqq. Diſſent. Coraſius. lib. 2. miſcell. 7. & in §. bonæ fidei Inſtit. de action. n. 4. VVeſenb. in paratit. de uſuris n. 3. Iaſon in l. cum fundus 31. D. de rebus creditis. Forcat. part. 2. de mora. n. 24.*

(*b*) *d. l. Titius 24. D. de præſcript. verb. l. 1. l. 3. Cod. de uſuris. l. 10. §. 4. D. mandat. Donell. cap. 3. de uſuris n. 3. & ad l. 13. C. de pactis. Iulius Paulus lib. 2. ſentent. tit. 14. §. 1. Borcholt. de uſuris cap. 3. n. 11. in fin. Cujac. tr. 8. ad Affricanum. in l. 24. D. de præſcript. verb. Diſſ. Duar. cap. 2. de uſuris & ad l. 40. D. ſi certum petatur. Hottom. illuſtr. quæſt. 36. & 1. reſponſ. amicab. 31. Fachin. 2. controv. 99.*

(c) *l. frumenti. Cod. de uſuris ubi Gothofr. Iohan. ab Exea tr. de pactis. n. 394. Borcholt. de uſur. cap. 3. n. 39. & tr. de pactis cap. 2. diviſ. 2. n. 31.*

(d) *l. etiam, 30. D. uſuris. Duar. cap. 2. eod. pag. mihi. 998.*

(e) *Nov. 136. cap. 4. Borcholt. cap. 3. de uſuris n. 44.*

(f) *l. in quibus d. 7. D. de nautico fœnore. vide de his excepttionibus. Hottom. de uſuris c. 3. pag. 20. Donell. c. 3. p. 10. Borcholt. d. cap. 8. n. 39. cum. ſeqq.*

## XIIX.

Si tamen contingat, ut uſuræ in ſtricti juris contractibus, pacto promiſſæ, ſint ſolutæ, nec repeti, nec in ſortem computari poterunt (a), ſervantur quoq; à creditore in ejuſmodi contractibus nudo pacto promiſſæ uſuræ, per retentionem pignoris, ſi quod creditori datum fuerit (b), niſi ab initio pro minoribus uſuris obligatum ſit pignus, & poſtea debitor majores uſuras repromiſerit (c).

(a) *l. quamvis 3. Cod. de uſura. l. in his 5. l. Imperator. D. de ſolutionib. Herman. lib. 3. Epit. tit. 7. in pr.* Donell. *cap. 3. de uſuris pag. 11. Borcholt. cap. 3. eod. n. 38. Hottoman. ad d. l. 3. Sichardus ad l. 4. Cod. d. t.*

(b) *L. per retentionem 4. l. ſi uſuras 21. §. pignoribus 22. C. de uſuris. l. 13. §. fin.* D. *de pign. l. ſolutum 11. §. ſi in ſortem 3.* D. *de pignoraticia actione. l. 4. in fin. D. de nautico fœnore.* Donell. *cap. 3. de uſuris & Iohan. Borcholt. eod. n. 45. & ſeqq. Sichard. ad d. l. 4. n. 6.*

(c) *d. l. per retentionem 4. ubi Iohann. Sichard.* Donell. *in l. unica. C. etiam ob Chirograph. pecuniam pignus teneri Cujac. 5. obſerv. 28.*

## XIX.

Sed quid ſi à debitore creditori ſimpliciter pignus ſit traditum, nulla facta mentione ejus, quod vel pro ſorte vel uſuris datum intelligi debeat: vel dictum quidem ſit, quod pro ſorte tantum obligetur: an utroque in caſu pro uſuris

etiam

etiam obligatum putandum ſit, ad hoc ut per retentionem ejuſdem uſuræ ſervari poſſint? & quamvis varij variè in hac perplexa quæſtione ſentiant: nobis tamen placet, ut priori in caſu ſortem & uſuras pignus reſpiciat *(a)*, poſteriori vero non uſuras ſed ſortem tantùm. *(b)*

(a) *L. ſi neceſſarias* §. *fin.* D. *de pigneraticia actione. Pacius in l. 4. Cod. de uſuris. n. 13* Diſſ. *gl. in l. 4. & 22. C. eod.*

(b) *l. ſolutum. 11* §. *ſi in ſortem. 3. ibi: In ſortem duntaxat vel uſuras* D. *de pignorat. act. l. per retentionem 4. ibi: Convenit & ibi: conventione pacti. l. 21. ibi convenerat. l. 22. ibi, cum hujuſmodi nullo pacto interpoſito.* C. *de uſuris. argum. l. quicquid. 99* D. *V* O. *Hottoman. ad l. 4. Cod. de uſur. & Robertus lib. 1. recept. lect. cap. 24. & lib. 1. animadverſ. cap. 26. & in notis ad mercat. eod. cap. 26.* Diſſent. *Iohann. Borcholt. de uſuris cap. 3. n. 46. Cujac. 5. obſ. 28. 15. obſ. 12. & 19. obſ. 27.*

## XX.

In hac etiam quæſtione, in qua non conſtare ſibi invicem Iuriſconſultos veteres, affirmat Franciſcus Hottomannus: dicimus: ex pacto uſuras deberi, ſi pecunia ea lege ſit depoſita, ut tantundem reddatur *(a)*. quas tamen qui accipit privilegijs depoſiti renunciaſſe: adeoque bonis cedente nummulario, alijs creditoribus non præferri, cenſetur *(b)*, non gaudebit igitur privilegijs: quod nulla compenſatio in depoſito admittitur *(c)*, quod inſtrumentum depoſiti paratam habet executionem, adeoq; non poteſt objici pecuniæ non numeratæ, ſive rei non datæ exceptio *(d)*: & quod condemnato depoſitario, non datur quadrimeſtre tempus ad ſolvendum judicatum *(e)*.

(a) *l. Lucius 24. l. Publia 26.* §. *fin. l. quintus. 28.* D. *depoſiti. VVeſenbec. in paratit. depoſiti n. 5.* Duaren. *cap. 4. eod. & cap. 2. de uſuris. Franciſcus Connanus. lib. 2. comment. juris. civ. 4. n. 3. & 4.*

*Carolus*

*Carolus Molin. de uſuris quæſt. 86. nu. 629. & ſeqq.* Diſſent. *Franciſc. Hottom. lib. 4. obſ. 10. & tr. de uſuris cap. 27.*

*(b) l. ſi hominem 7. §. quotiens. 2.* D. *depoſiti. l. ſi ventri §. in bonis. 2.* D. *de privilegijs creditor. Carol. Molin. de uſur. quæſt. 83. n. 637. Nicol. Mooz. tract. depoſiti column. ult. n. 13. Curt. junior in l. 2. in pr. colum. 3. n. 15.* D. *de reb. creditis. Petrus Binsfeld. in cap. ſuper eo extra de uſuris quæſt. 2. in fin.*

*(c) §. in bonæ fidei 30. inſt. de actionib. l. 6. Cod. de rei vindicat. Paulus lib. 2. ſentent. 11. & ibi Cujac. l. fin. in f. Cod. de compenſat. l. ſi. quis 11. C. depoſiti. Sebaſt. Medices tr. de compenſat. part. 1. quæſt. 30. n. 19. Petr. Heig. ad §. 3. inſtit. quib. mod. re contrahitur oblig. n. 31. & ibid. Mynſing. n. 13. Borcholt. de uſur. cap. 3. n. 17. Vult. d. §. 30. n. 9.*

*(d) l. in contract. 14. §. ſed quoniam. 1. C. de non numerata pecunia d. l. 11. Cod. depoſiti. Matthias Coler. tr. de proceſſib. execut. part. 3. cap. 1. n. 20. Kirchovius th. communium opinionum lit.* D. *in verbo, depoſiti inſtrumentum. Emanuel Coſtalius in l. ſi ex cautione, limitat. 2. n. 1. & ſeqq Cod. de non numereta pecunia. Petr. Heig. d. n. 31.* Diſſ. *Baldus in l. penult. C. depoſiti.*

*(e) l. ſi quis 11. ibi ilico C. depoſiti. VVormſius pract. obſerv. tit. 23. n. 1. Alexander in l. debitorib. n. 10. de re judicata. Pet. Heig. ad d. §. 3. Inſtit. quib. mod. re contrahitur oblig. n. 49.*

XXI.

Præterquam autem quod hic ratione ſuperiorum non negamus: quando depoſitum ſit ad numerũ vel menſuram hoc expreſsè vel tacitè acto, ut depoſitarius pecunia deponentis utatur, & tantundem in genere non in ſpecie reddere ſufficiat, depoſitum eſſe non deſinere; nec privilegia ejuſdē amittere *(a)* indagare etiam jubet in hanc ambigioſam & difficilem ſecundum Molin. quæſtionem, an ſuperioribus uſurarum cauſis, pacto ſcilicet & ſtipulationi, primo adjungi quoque poſſit ac debeat longa uſurarum præſtatio? an non

ſatis

ſatis ſit ſi debitor pluribus annis ex pacto uſuras indebitas ſolverit, ad id ut in poſterum etiam eas ſolvere obligetur? & ſane præſtatione hac non ipſam obligationem *(b)* ſed præſumtionem obligationis induci, atque ita onus probandi in debitorem transferri, communiori Doctorum calculo eſt receptum. (c)

*A. l. Lucius 24 l. die 25. § fin. l. publia 26. § fin. l. ſi ſacculum 29. § fin. D. depoſiti. Panormitan. in cap. 1. & fin. column fin. extra de precario: Molin. de uſuris quæſt. 83. n. 630. 632. v. ſecundus gradus & n. 633. Petr. Heig. ad § præterea & is 3. n. 9. & 33. Inſtit. quib. mod. re contrahitur oblig. Moz. in tr. depoſiti lib. de ſubſtantialib. depoſiti n. 8. & ſeqq. Diſſ. Franciſ. Hottomann. lib. 4. obſ. 10. Decius in l. contractus 23. n. 14. D. de R. I. & ad l. certi condictio § fin. D. de reb. creditis.*

*(b) operis 31. ff. de operis libert. l. creditor 7. Cod. de uſuris. l. fin. Cod. ne uxor pro merito l. ſi certis 28. Cod. de pact. & ibi. Donell. & cap. 3. de uſur. Bronchorſt. cent. 2. aſſert. 83. Pacius cent. 5. quæſt. 42. Borcholt. c. 3. de uſur. n. 56. Coraſ. 3. Miſcell. 15. Ferdin. Vaſq. illuſtr. quæſt. 56. n. 15.*

*(C) l. 1. Cod. de fidei commiſſ. l. litib. 10 Cod. de agricolis & cenſitis lib. 11. l. qui ſemiſſes 13. D. de uſuris l. adverſus 5. l. quamvis 8. C. eod. Carol. Molin. tr. de uſuris quæſt. 19. n. 200 in fin. & quæſt. 20. n. 205. & ſeqq. Franciſc. Balbus in tr. de præſcription. part. 2. tertiæ partis principalis quæſt. 10. n. 5. Borchold. de uſuris cap. 3. n. 56 Diſſ. variê Dd. quos videre licet apud Molin. dict. lo. Gothofredum ad l. 6. h. t. & l. 28. C. de pactis Diſſ. Anton. Capycius. in deciſion. ſacri concilii Neapolit. deciſ. 6. p. 64. n. n. 3.*

## XXII.

Denique an ſuperioribus uſurarum cauſis annumerari etiam debeat teſtatoris voluntas: ſi cui certa ab eodem quantitas legetur, & quo ad præſtetur, in ſingulos annos cer-

tum aliquid veluti uſuras juſſerit teſtator præſtari, an legatum valeat? & in uſuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem uſurarum non excedit: non ſolum quando in poteſtate eſt legatarii ſortem debitam petere & exigere (a) verum etiam quando in ejuſdem poteſtate non eſt ſortem petere: ſed in arbitrio hæredis eſt eam ſolvere, donec uſuras exſolverit (b).

(a) *l. 3. § fin. D. de annuis legatis & fideicommiſſ. Molin. de uſuris quæſt. 73. n. 483. & ſeqq. Andreas Alciat. lib. 5. paradox. cap. ult. Paulus Caſtrenſis in l. 1. Cod. de ſumma Trinitat. column. penult. Diſſ. Andreas Fachin. lib. 6. controverſiarum 72. Binsfeld. in cap. ſuper eo 4. extra de uſuris quæſt. 3. concluſ. 5.*

(b) *d. l. 3. § fin. Molin. d. quæſt. 73. n. 481. & ſeqq. Fachin. 6. controv. 7 . Petr. Binsfeld. d. quæſt. 3. concluſ. 4. Greg. Tholoſ. lib. 2. d. uſur. cap. 12. n. 8. Iohan. Gerſon in tr. de contract. column. antepenult. attent. 6. Diſſ. Salicetus in l. cum allegas. 15. C. de uſur. Column. 2. Iaſon in l. 1. C. de ſumma Trinitat. n. 59. & 60. Lælius Zechus de uſuris cap. 2. n. 3. in f.*

XXIII.

Beneficio igitur prædictarum cauſarum perſonæ privatæ, & corpora civilia ſeu univerſitates & collegia mutuando pecuniam, etiam quoad uſuras alios ſibi obligare poſſunt: nec putandum, emendatas eſſe leges civiles, quæ dicunt: Civitates & Reſpubl. pecunias, ad uſuram mutuare poſſe (a) & quin è converſo aliis quoad eaſdem obligari poſſint, ſub uſuris mutuū accipiendo, minus eſt dubii: quandoquidem & civitates ſi cives vel civitatis conſilium conſentiant, mutui datione rectè obligantur (b) itemque ſi earum adminiſtratores mutuum accipiant pecuniam, eamque in reipubl. utilitatem creditor verſam eſſe probaverit (c) ſicut etiam ſubditos pro pecunia tempore neceſſitatis magiſtratui mutuo data uſuras accipere poſſe affirmamus (d).

(a) l.

(a) *l. adverſus 5. C. de uſuris l. ſi bene 33. D. eod. l. præſidis 34. D. de rebus credit. Diſſ. Gregor. Tholoſan. lib. 3. de uſuris c. 4. 6.*

(b) *l. nihil intereſt 15. D. ad ſenatusconſult. Maced. l. civitas 27. D. de reb. credit. ubi Donell. n. 3. Zaſ. n. 2. Hartman Piſtorius lib. 1. quæſt. 37. Petr. Friderus Mindan. lib. 2. de mandat. judic. c. 62. n. 8.*

(c) *d. l. 27. D. de reb. cred. ubi Zaſius n. 9 Nov. 120. cap. 6. § 3. argt. L. fin. Cod. de vendit. rer. civil. lib. 11. Hartmann. Piſtorius d. loco. VVeſenbec. part. 2. conſil. 53. Coler. de proceſſ. executivis part. 2. cap. 3. n. 347.*

(d) *Franciſc. Vivius deciſ. 373. Cacheranus deciſ. 95. Vaſquius lib. 1. illuſtr. controv. cap. 6. n. 7. Petr. Binsfeld. in cap. in civitate extra de uſuris quæſt. 8. Petr. Heig. illuſtr. quæſt. part. 2. quæſt. 1. n. 140.*

## XXIV.

Ex mora debitoris debentur uſuræ in bonæ fidei contractibus (*a*) quamvis autem legata & fideicommiſſa bonæ fidei non ſint: & ſtrictis negociis annumerentur: hac tamen in cauſa bonæ fidei judiciis comparari, & uſurarum præſtationem, ſtatim poſt moram admittere, obiter hic notari volumus (*b*) quam definimus ſolvendi vel accipiendi debiti fruſtratoriam dilationem: videlicet cum debitor non præſtat debitum: vel cum creditor oblatum non accipit (*c*).

(a) *l. cum quidam 17. § ſi pupillo 3. & ſeq. l. mora 32. § in bonæ fidei 2. ff. de uſuris l. Lucius 24. l. die 27. § fin. ff depoſiti. l. quæro 54. D. locati l. 2. l. præſes 17. C. eod. l. ſocium 60. D. pro ſocio. l. uſuræ 2. C. depoſiti l. 13. C. de uſuris Borcholt. eod. tr. cap. 3. n. 13. Gœdd. ad l. 35 D. de V. S. n. 4. & ſeqq.*

(b) *l. in minorum C. in quib. cauſis in integr. reſtit. l. 3. in pr. & § fin. l. cum quidam 17. in fin. l. uſuræ 34. D. de uſuris. l. 84. l. 87. § 1. D. de legat. 2. Paulus lib. 3. ſen. cap. 8. in f.*

*Borcholt. cap.3. de uſuris n.15. & ſeqq.* Donell. *eod. cap. 3. Hottom. eod. pag. 16. Diſſ. Coraſius. lib. 2. Miſcell. 7.*
*(c) l. 3. § fin. l. ſciendum 17. D. de uſuris l. interdum 73. § fin.* D. *de V. O. l. ſi ſoluturus. l. 39. D. de ſolutionib. l. illud 17. D. de periculo & commodo rei venditæ l. 37. D. mandati. Diſ. Forcatul. tr. de mora n. 1. Fulgoſius ad d. l. 32. qui moram dәfiniri poſſe negant.*

XXV.

Et non ſolum locum habet in directa, verum etiam contraria actione: veluti ſi ipſe tutor vel negociorum geſtor, de ſua pecunia ex qua ipſe poſſet uſuras accipere, expendit: aut alias ſub uſuris accipit; quo æs alienum pupilli vel domini exſolveret.

*l. at quin. 19. § non tantum 4. D. de negociis geſtis. l. & in contraria 37. D. de uſuris l. ob negocium 18. Cod. de negoc. geſtis. Garzia tr. de expenſis cap. 20. n. 16. Oldendorpius claſſ. 4. act. 27. Schneiedvvin ad § actionum inſtitut. de actionib. tit. de actione contraria.*

XXVI.

